

consultissimi COTHMANNI *conf. 40. n. 51. & sq. vol.*  
*1. vbi tamen nec quicquam huc faciens inuenire po-*  
*tui. Eadem dicit MEVIVS *l. c. qu. 7. n. 37. & qu. 10.**  
*n. 31. Saxonia enim tam late patet, vt in superiorem*  
*& inferiorem describatur. Ad hanc vero referunt*  
*Westfaliam.*

## §. X.

Fuerunt tamen, qui pro iure Sosatiæ legendum es-  
 se censuerunt Holsatiæ. Is est HERM. CONRINGI-  
 VS, vir cetera acris ingenii *de orig. iur. germ. c. 28.*  
 qui auctoritate sua in ad sensum pertraxit LAMBECI-  
 VM *origin. Hamburgens. tom 1. p. 101. & BANGERTVM*  
*in not. ad Arnold. Lubecensem.* Falso. Nec minimam e-  
 nim veritatis speciem habet, in Arnoldi codicibus ad  
 unum omnibus, & diplomate Adolphi, eundem scri-  
 bæ errorem occurtere, & pro notis vocabulis Holsa-  
 tiæ & Holsatensium, utroque minus notas Sosatiæ  
 & Susatensium voces esse substitutas. Credat hoc iu-  
 dæus apella. HENR. MEIBOM. *introd. ad histor. Sax.*  
*infer. p. 82. seq.* ostendit, quomodo ius Susatense è West-  
 falia in Wagriam remotam delatum fuerit, & criti-  
 cos istos audaces secus sentientes, ac Arnoldi locum  
 temere sollicitantes, acriter castigat. Add. vir illu-  
 stris NIC. HIERON. GVNDLINGIVS *in schediastm.*  
*de iure oppign. territor. p. 55.* Sane, CONRINGIVS,  
 academiæ Iuliæ Doctor, aliquid dedisse videtur adfe-  
 tui Helmstadiensium in Westfalos. Hi enim, vti  
 quondam ad omnia ciuium iura & immunitates, in-  
 primis magistratum gerendum, Westfalos non admi-  
 serunt,